cōtemnat: P̄dica verbū. Si sermo deest: pete et accipies. Nō em̄ vos estis qui loqui- mini: sed qd donat vobis: hoc ministrat no- bis. His coartatus angustijs: quo me cōse- ram nisi ad sancta vestigia charitatis: eāq: de p̄cer vt donet mihi aliquid dignum de se dicere: quo et meū supleā ministeriū: et vfo satisfaciā desiderio. Int ceteras vtutes ei⁹ **B** quas cōmemorat ap̄lus paulus: q: charitas **1. Cor. 13.** nō emulat: nō agit p̄peram: non irritat: nō cogitat malū: et cetera: in vltimo q̄ttuor ei⁹ virtutes breuiter cōprehendit dicens: Omnia tolerat: oia credit: omnia sperat: oia sustinet charitas nunq̄ excidit. Ex his igit quattuor virtutib⁹ sanctę charitatis: loqui cōuenit sā- citati vestre: delectatq: p̄mirus intueri quē admodū velut quattuor cardines orbis cō- tinens: totū possederit mūdum. Requira- mus igit si placet aliquoz exempla sanctorū corū scz qui his virtutibus sanctę charitatē possessi sunt: et eis singulis ita singula tribu- amus: vt omnes in omnib⁹ esse noscamus. Quis ois qui pie tolerat: recte credit: et ois qui recte credit: aliquid sperat: et qui sperat sustinet ne ab spe cadat. Sed iam qui nam isti sint videam⁹: quozū fidem inquātū de- sup adiuuamur assequi valeamus. Virtus charitatis que omnia tolerat em̄nuit i san- cto noe: que omnia credit in sancto abrahā: que omnia sperat in patrib⁹ nostris: id ē in populo israel: vnde ipse noster exortus ē do- min⁹: que omnia sustinet in ipso capite no- stro dño iesu christo qui est vera charitas. Nūc cadit. Nec ceteros sanctos ab his vir- tutibus vestra charitas deputet alienos: q̄s p̄ breuitate tēporis: et p̄ sermone suscepto ita p̄termisissos esse cognoscite: vt tamē cer- tissime noueritis oēs esse in christo: et in om- nibus christū. Sed iam videam⁹ quēadmo- **L** dum sanct⁹ noe possederit vel possessus sit **Gen. 6. et. 7.** virtute charitatis que omnia tolerat. P̄g- dixit ei deus: q: iniquitate hominū crescente diluuiū p̄deret mūdū. Statim ille admoni- tus p̄fugit ad lignū: et post campoz ameno- rū faciē: āgustijs se reclusit arce: tolerat celi fremitū: sonitū aquaz: fragorem nymboꝝ. Et post ista oia: qui solet gaudere consortio hominū: socius quodāmodo efficit serpen- tū ac ferarū. Nec expauescit vir iste: q: cū eo sint ferę in arca: imo ibi agnoscit ordinē sus- feritas: quia se cognouit humanitas: Et iu- benti homini obediūt: q: hominē superiori

Sancti Augustini de tempore

Dño obedisse cognoscit. Ostensū est in noe
 quid adam ꝑceptum cōtemnēdo pdiderit: et
 demonstratū est posse homines bestijs etiam
 dominari si subdant obedientiā conditori.
 Expectat et tolerat sanct⁹ iste finem diluuij:
 nec anteq̃ finiat causa ferarū: arca reliquit.
 Tolerat bonus mala: et donec in fine etiam
 corpore separent int⁹ manens corde nō cor-
 pore separaf. Si qua es anima q̃ cupis pos-
 siedere virtutē charitatis que oīa tolerat: re-
 linque mundū: cōfuge ad crucis lignū: non
 metuas pcellas et turbines hui⁹ diluuij: non
 mergeris si ligno portaberis: nouit guber-
 nare qui dignat⁹ est creare: tantū assit dñus
 charitatis que oīa tolerat. Nulla res te ab
 arce soliditate euellat: Permane bon⁹: et to-
 lera malos. Melius enī est vt intus positus
 ppter bonos tolere malos: q̃ foras exiēs
 et periens: et bonos relinuas et malos. Si q̃
 sunt tecū fere: id est si sūt tecū i ecclesia pra-
 ua docētes: falsa sentientes heretici vel scil-
 matici: aut etiā ipsi mali catholici: more fe-
 rarū animas deuorare quereant: tolerent
 vsq̃ ad finē sculi: tanq̃ finē diluuij. Rugi-
 ant: licet fremāt dentib⁹: atq̃ ipsam arcā cō-
 fringere conent nō expauescas: finito dilu-
 uio: illas rapiet inanis ac spinosa sylua: te
 fertilis suscipiet terra. Post finē sculi: impij
 rapient ad tenebras exteriores: vbi est flet⁹
 et stridor dentū: pios suscipiet tra viuētū.
 Dat. 25. Nam et ipse sanct⁹ noe post finē diluuij ob-
 tulit sacrificiū deo: sed de animabus mūdis
 nō de immūdis. Simul enim et mūda et im-
 mūda aialia in arca natate potuerūt: s̃ ma-
 la ad sacrificiū dei nō puenerūt. Sed iā hinc
 aliq̃ transeam⁹: vt cetera pscrutari valea-
 mus. Procedat in medio sanct⁹ ille abrahā
 et suo nos doceat exemplo possidere virtutē
 charitatis q̃ oīa credit: q̃ nō est cūctatus ad
 vnā vocatōez relinquere patriā: sedē: domū:
 familiā: omnia relinquunt vt dño ꝑcipienti
 pareat. Exi inq̃t ei deus de cognatiōe tua:
 et de domo tua: et veni in terrā quācūq̃ tibi
 ostendero. Nec apud se iste sanct⁹ cogitauit
 aut dixit: Quo eam: cui me cōmittā: in quā
 terram vadam: sed statim audit: surgit: cur-
 rit: festinat: accelerat: terram ꝑmissam non
 videt: sed credēdo eam firmiter retinet: am-
 bulat recto itinere: nec aberrantibus vesti-
 gijs alibi q̃ debuit declinauit: quia qui euz
 ad ignotam terram mittebat: non dimitte-
 bat: nec eum ipse fefellit. Redditur merces

credenti: ad terram peruenit: dilataf: multi-
 plicaf: ex paupere efficitur diues: ex ignobi-
 li potens: ditaf omnib⁹ bonis: Et in illo im-
 pletur qd̃ dominus in euangelio suis disci-
 pulis ꝑmisit dicens: Si quis dimiserit do-
 mū: aut agrum: aut parentes causa nomis
 mei: in hac vita centuplū accipiet: et in futu-
 ro seculo vitam consequet eternam. Lumu-
 latur adhuc huius fidei merces: et seni ꝑmit-
 titur filius: Adest virtus charitatis que om-
 nia credit: audit: exultat: amplius diligit:
 suscipit filium ex coniuge sterili quā spe pa-
 riendi destitutam sterilitas grafcq̃ iam fece-
 rat: atq̃ in illo benedictionē omniū gentiū
 ꝑmissam firmissime tenet. Sed adhuc eum
 charitas probat: probatumq̃ cōmendat: et
 quēadmodū nihil deo ꝑferat posteris mon-
 strat. Vocat eum dominus de celo dicens:
 Abrahā abrahā. Et ille tanq̃ seruus obedi-
 ens: Ecce assum ait. Et dominus: Accipe fi-
 lium tuū illum quem diligis isaac: et vade in
 terram excelsum et offeres eum holocaustū
 in vnum montiū quez tibi dixerō. Nec hac
 quidem iussione turbaf aut frangit seruus
 fidelis: Adest ei virtus charitatis que omnia
 credit: surgit: domū pergit: asnam sternit:
 ligna concidit: gladiū et ignem sumit: puerū
 simul adducit et pergit ad locum. Tunc intē-
 tus factus isaac: patrem interrogat dicens:
 Pater ait. Et ille. Quid est fili? Et filius.
 Ecce ait ignis et ligna: vbi est ouis quā imo-
 latur⁹ es ad holocaustū? Et pater rōdit: De-
 puidabit sibi ouē ad sacrificiū fili. Magnū
 hic et grāde video sacramentū. Aliud abra-
 ham corde gestabat: aliud filio ꝑmittebat.
 Sed neq̃ que ꝑmittebat filiū fallebant: ne-
 q̃ aliqua infirmitas cor eius a ꝑposito imu-
 tauerat. Quid plurib⁹? Pergit viam: videt
 locū de lōge: et statuēs pueros suos ibi: eis
 talia verba profert dicens: Sedete hic cum
 asina: ego aut et puer ibim⁹ vsq̃ illuc: et cum
 adorauerim⁹: reuertemur ad vos. O sancte
 abraham quid est quod dicis: cum aliud ti-
 bi de puero agēdum sit? Nūquid aut te aut
 tuos fallis? Non inquit: sed quod ꝑpheticē
 vel dico vel gero: virt⁹ charitatis in me ma-
 nens que omnia credit: facit et dicit. Audio
 enim eam sine strepitu vocis intus ad cor lo-
 quētē et dicentē mihi: Tu quidem licet
 resurrecturū credens: pleno et perfecto voto
 puerum ducas immolandum: filius tuus in
 isto sacrificio non crematur: quia resurrectio

Dat. 19.

Sci. 18.

Sci. 22.

Bermo XLVI Do. III. post oc. Epi. Ser. I

Jacobi. 2. filio dei seruat. Adhuc huius viri fidem cō
memorans Jacobus apostolus ait: Credi-
dit abraham deo: et deputatū est illi ad iusti-
ciam: et amicus dei appellatus est. Amicos
vt nouimus consuetudo animoꝝ facit. Unde
quidā sapiens huius mundi ait: Idem vel-
le atq; idem nolle: ea demum firma amici-
tia est. Ergo amicos vt nouimus consuetudo
animoꝝ facit. Quēadmodum iste sanctus
animū cōiunxit deo: vt eius amicus appel-
Ro. 8. laret: vultis nosse? Sicut enim deus pater
vnico suo filio non peperit: sed pro nobis
omnibus tradidit illum: Ita et iste vnico
filio non peperit: sed iubente vt immolare-
tur ei qui dederat eum: deuoto corde obru-
lit eum. Sed que sequitur videam⁹. Dele-
ctat enim nos adiunāte domino deo nostro
huius historię plenā vobis reddere notio-
S. nem. Post q̄ relictis pueris ad locum sacri-
Sch. 22. ficij pater cum filio venit: aram construere: li-
gna componit: manus filio ligat: imponit
eum i aram supra ligna: deponit hūana pa-
terne pietatis indicia: induit sacerdotis di-
rā cōstantiā: educit gladiū vt perimat filiū.
Quid videris frēs charissimi? Nihil hic sen-
timus humanū: quia totū cognoscimus di-
uinū. Sed et ille filius qui pauloante ouem
requirebat: sub ingenti silentio talia fieri in
se sentiebat: Et ita patiens inuenit: tanq̄ iaz
Est. 55. ille esset qui sicut ouis ad imolandum du-
ctus est: et tanq̄ agnus corā tondente se sine
voce: sic non aperit os suum. Et tu sancte
isaac: indica nobis silentij huius tam grāde
secretum. Pauloante nihil in te fieri sentie-
bas: et a patre arietē requirebas: nunc autē
manibus ligaris: in ara imponeris: ligno q̄
dammodo suspenderis: et modo taces? Ta-
ceo inquit. Dic q̄re obsecro vt nouerimus.
Vultis nosse ait: quare modo taceo? Quia
figurā illius gesto: qui voluntate ponit ani-
mā suam: nō necessitate. In hoc tam grādī
mystico fidei sacramēto et abrahā sanct⁹ ap-
paruit pbatus: et filius in p̄senti est libera-
Sch. 12. tus: in quo christus est p̄nunciatus. Si qua
es anima: que cupis sequi vestigia fidei pa-
tris nostri abrahā: exi de terra tua et de co-
gnatiōe tua: relinque populū tuū: et domū
patris tui: id est fideliter renuncia diabolo:
pompis et angelis eius: et sequere viā rectā:
que te perducit ad terram in qua ditescas et
emineas: et efficiaris socius abrahā. Sed
cum ista omnia feceris: si virtus charitatis

que oia credit est in te: adhuc temptabit te:
et probatā coronabit te: et expetit a te sacri-
cium dilecti tui. Quid a te expetit? Quod
abrahā illi dictum est: Da mihi vnicum di-
lectum filium tuū: Tibi dicit sapientia: Da
mihi fili cor tuum. Ipse est dilectus vnicus:
Quid metuis offerre cor tuum? Offer sacri-
ficium: contritiōē cordis domino deo tuo:
et dic ei cū ppheta: Holocaustis non delecta-
beris. Sacrificiū deo spirit⁹ cōtribulat⁹: cor
contritum et humiliatum deus non spernit.
Nihil metuas tali sacrificio oblato: et tibi
acceptum erit: et qd obtuleris integrum per-
manebit. Aliā virtutē charitatis: que om-
nia sperat: placet inspicere. Hanc superius
plebi israel et patribus nostris assignasse co-
gnoscimus. Eius namq; virtutis vox est in
versu illo pphético: In te sperauerunt pa-
tres nostri: sperauerūt et liberaſti eos. Et ipi
ex egypto fugere iubent: terra eis lac et mel
fluens p̄mittit. Per mare rubrū transeūt:
ad heremū veniunt: ducebat eos spes cha-
ritatis: vt discerent deū amare gratis. Red-
ditur et his merces fidei: Nō enī potest non
reddere qui se dignat facere debitorē. Post
heremum mella de petra suxerunt: panem
celi manducauerūt: non sunt priuati a des-
derio suo. Quod sperauerūt: terram etiam
p̄missionis acceperūt. Exurgat anima que
huius charitatis virtute comprehēsa est: ef-
fugiat ex egypto: id est ex huius seculi des-
derio: pergat ad mare rubrum: scilicet christi
baptismū: ideo rubrum: quia christi sangui-
ne purpuratū. Persequant hostes: peccata
cum suo auctore diabolo: tanq̄ egyptij cum
suo rege pharaone seuiant: sequant fugien-
tes. Quid metuis? Usq; ad aquas seuiant.
Ingredieris tu: ingredient et illi post te: sed
aqua cōuersa: illis erit in p̄niciē: tibi profici-
et ad salutē. Illos obruet: te abluet. Illos
damnabit: te liberabit. Post hęc suscipies
mel de petra: quo sitim tuam saties. Petra
enim erat christus: ex cuius p̄ceptis tan-
q̄ ex fontibus dulcedinis satieris. Sustabis
et panē illum scilicet qui dixit: Ego sum pa-
nis viuus qui de celo descendi. Sustabis et
videbis quoniā suavis est dominus. Et si
in te eminet virtus charitatis que omnia
sperat: per heremū te necesse est transire: id
est vtaris hoc mundo tanq̄ nō vtens: Et in
hac vita peregrinū te noneris esse: si terram
p̄missionis cupis intrare. Hęc terra est de
f 2

1. Cor. 13.

Ps. 50.

Ps. 21.

Exo. 5.

Exo. 4.

Exo. 16.

Ps. 77.

1. Cor. 10.

Job. 6.

Ps. 35.

Sancti Augustini de tempore

Ps. 26. qua propheta cantat et dicit: Credo videre
R bona domini in terra viventium. Ultima
1. Cor. 13. virtus charitatis restat: que omnia sustinet
 et nunquam cadit. Hanc ipsi capiti nostro domi-
Job. 10. no iesu christo conuenire nouimus: Ideo in
 ultimo: quonia finis legis christus est. Quanta
 autem ipse pro nobis sustulerit: puto charitatem
 vestram ignorare non posse: Tamen exinde ali-
Job. 1. quid dicam: si tamen de tanto aliquid digne
 dicam. Prius illud quod de homine: quod uerbum ca-
 ro factum est: quod multa bona fecit et mala
 propeffus est: quod mortuos suscitauit et mor-
 tuus est: quod singularis illa patientia pertulit
 diabolum temptatorem: discipulum traditorem:
 quod ipsum iudam priusquam ostenderet tradito-
 rem pertulit furem: et ante experimentum uir-
 culorum crucis ac mortis: labijs eius dolosis
 non negauit osculum pacis. In ipsa autem
 morte quanta sustinuit: pertulit odiorum flam-
 mas: ministroy pessimi cordis linguas. La-
 mauerunt iudei: Crucifige crucifige: et ne rei
 remanerent iudei: innocens ab eis crucifige-
 est filius dei. Ad crucem ducit: expalmas qui
 est uera palma uictorie. Spinis coronat: qui
 spinas peccatorum uenit confringere: Ligat:
 qui soluit compeditos: Ligno suspedit: qui
 erigit elisos: Aceto potatur fons uite: disci-
 plina cedatur: salus vulnerat: uita moritur:
 occidit ad tempus uita ut in perpetuo a uita
 occideret mors: Quia hic iudei in hac morte
 christi exultauerunt quasi uictories: et cum ter-
 renum et caducum regnum timuerunt perdere:
 regem celum et terre non dubitauerunt occide-
 re. Sed nec sicut putauerunt uictories exite-
 runt. Si enim uicerunt: regnum quomodo
 perdiderunt? Quomodo nunc uos serui reman-
L serunt? Ista namque causa est qua ab eis christus
 occisus est. Dixerunt apud se principes iu-
Job. 11. deorum ut euangelista narrat: Uidetis inquit
 quia totus mundus post eum abiit: si dimise-
 rimus eum uiuere: uenient romani: et tollent
 nobis locum et gentem. Et christum occiderunt:
 locum et regnum gentemque perdiderunt. Quid
 uobis profuit o insani iudei quod tantum scelus
 commisistis? Aliquid quod christo domino ut decuit
 seruire nolulistis: id eius officio caruistis? Dum
 illi seruisit reges: quibus uos seruitis: facti estis
 mali serui honorum seruorum christi. Per ipsos
 conterit contumaciam uestram: pro ipsos dissipat
 consilia uestra: pro ipsos retribuet scelera in capita
 uestra. Ipse autem dominus quem uos intere-
 mistis: non uos seruos sed liberos esse cupie-

bat: quando dicebat: Si uos filius liberaue-
 rit: tunc uere liberi eritis. Uos autem deum
 dominum et regem et ipsam ueram libertatem non
 solum repudiastis: uerum etiam necare cupie-
 tes clamastis: Non habemus regem nisi so-
 lum cesarem. Sed ne in hoc quidem glorie
 ministri quod christum occidistis: actum est de uo-
 bis potius et nescitis. Audite ipsum domi-
 num dicentem per prophetam: Ego dormiui et som-
 num cepi: Somnum appellans mortem a uobis
 illatam. Ceterum qualis mors potuit esse tri-
 duana: maxime illius qui pro eundem prophe-
 tam alio loco dicit: Nihil quid qui dormit non
 adijcet ut resurgat? Ego inquit dormiui:
 Ego qui potestatem habeo ponendi aia meam:
 Ego dormiui: non quia sequistis: non quia insa-
 nistis: Ego impleui quod uolui: uos autem in sce-
 lere remansistis. Quis erigit tanta de deo
 nostro fratres pro nostra salute ac redempti-
 one: nisi charitas que nunquam cadit? Charitas
 que magnas vires habes: de celo deum
 deposuisti. Chara sanitas: o sancta ac ue-
 ra charitas: que tanta es in terris: quanta eris
 sanctitas in celis. Que tantum potes in hac
 pugna mortalitatis adhuc sollicita: quantum
 poteris in illa perfecta pace secura. Luigila
 itaque omnis anima christiana: et si in te emi-
 net uirtus charitatis que omnia sustinet: do-
 mini tui imitatur uestigia. Christus enim (ait
 apostolus petrus) pro nobis passus est: relin-
 quens uobis exemplum ut sequamini uesti-
 gia eius. Et si ille propter te de celesti sede ad
 terrena descendit: tu propter te fuge terrena:
 appete celestia. Si dulcis est mundus: dulcior
 est christus. Si amarus est mundus: omnia
 pro te sustinuit christus. Tunc tibi factus est ipse
 saluator: Surge ambula: pigrescere noli: ha-
 bes quo. Sed forte queris quid. Uides enim uiam
 et quis quo ducat hec ipsa uia? Ad ueritatem
 et ad uitam ducit. Si amas ueritatem: si amas
 uitam: et cupis ad ueritatem et ad uitam ue-
 nire: a uia noli errare. Uideo inquis uiam:
 et cupio ambulare: sed amara est: aspera est.
 Arta enim et angusta uia que ducit ad uitam.
 Christus transiit: sed adhuc aspera est? La-
 put transiit: et membra dubitant? Sed chri-
 stus inquis deus et homo: ego autem homo.
 Tot milia martyrum transierunt: et adhuc
 tibi aspera est? Transierunt senes: transie-
 runt iuuenes: transierunt pueri: puellę tran-
 sierunt: uiam quam timebas: tritam tibi fece-
 runt. Ambula ergo uiam: securus ambulat

Sermo XLVII Do. III. post oc. epi. Ser. II

Quid em̄ metuis in hac via? Adortem? Et mortem times: qui ad vitam curris: Si bonus es: bene in hac vita curris: mors tibi inuana erit: que te representet: non que auferat vitę. Ambula ergo viam: immo ipse qui ppter te factus est via: ipse te ducet p seipsuz ad seipsū. Ipse em̄ ē via: vitas et vita. Dic ę dñs deo tuo O anima fidelis et pia: dic secura dic: et cum ppheta veraciter exclama: **Job. 14.** Deduc domine me in via tua: et ambulabo i veritate tua: Tunc ad te securus perueniā: si in finem vsq; tua gratia non deserat. Hęc fratres dilectissimi que dono ipsius charitatis dicta sūt sanctitati et charitati vestre: ita hęreant cordibus et sensibus vestris: vt eadem ipsa charitas: fructū in vobis inueniat operis: nō folia laudis: Amen.

Ser. XLVII In eadem dñica de eo qđ aposto-
lus dicit: Delector em̄ legi dei fm̄
interiore homine etc. Sermo II

A Um ergo semetipsos quotidie senti-
ant sancti: terrene cogitationis pō-
dere p̄grauatos ab illa mentis sub-
limitate decidere: et inuitos immo x̄o etiam
nescientes in legem peccati mortisq; tradu-
ci: atq; vt cetera p̄termittā illis saltem que
superius cōprehendi bonis quidē ac iustis
sed tamen terrenis a cōspectu dei operibus
auocari: habent p̄fecto pro quibus ad deū
iugiter ingemiscant: habent pro quibus in
veritate humiliati atq; cōpuncti: nō verbis
tantūmodo: sed affectu semetipsos pronū-
ciant peccatores: et veniam p omnibus que
quotidie supati fragilitate carnis incurrunt
a gratia domini iugiter postulantes: veras
p̄nitentię lachrymas indefinenter effun-
dunt: quippe qui videant hisdem ipsis se p
quibus continuo dolore vexati sunt: etiam
vsq; ad deum iugiter ingemiscant estibus
inuolutos: etiam ipsas supplicationes suas
offerre se sine cogitationū anxietate nō pos-
se. **Ro. 7.** Experti igitur se humanis viribus desi-
deratā fidem ob̄sistente carnis sarcina non
posse contingere: neq; illi p̄cipuo summoq;
bono: scđm cordis sui desiderium posse con-
tingi: sed ab eius intuitu captiuos ad mū-
dana traduci: ad gratiam dei qui impios
iustificat conuolantes: cum apostolo prote-
stantē: Infelix ego homo: quis me liberabit
de corpore mortis huius: Gratia dei p̄ x̄i

sum iesum dominū nostrū. Sentit em̄
se bonū istud qđ volunt nō posse perficere:
sed illud quod nolunt quodq; oderunt ma-
lum: id est cogitationū motus et curam cor-
poralium rerum semper incidere: et condele-
ctantur quidem legi dei scđm interiorem
hominem: qui visibilia vniuersa transcen-
dēs: conatur deo soli semper vñtri. Sed vi-
dent aliā legem in membris suis: id est in na-
tura humane conditionis insertam: que re-
pugnat legi mentis eorum: pertrahit sensū
violenta lege peccati: compellēs scilicet eos
relicto illo principali bono terrena cogitati-
one submitti. Que ęuis necessaria atq; cor-
pori utilis videat: cum dispensatione religi-
ose cuiuspiam necessitatis impendit: com-
paratione tamē illius boni quod sanctorū
omniū oblectat intuitum: malavtiq; ab eis
ac fugienda decernit: qui per eam quoquo
modo vel ad modicū tempus ab illius per-
fectę beatitudinis gaudio retrahunt. **Ue. L**
re em̄ lex peccati est: quā humano generi p̄-
uaricatio sui induxit auctoris: per illius no-
xam in quem lata est equissimi iudicis illa
sententia: **Gen. 5.** Maledicta terra in operib; tuis:
spinas et tribulos germinabit tibi: et in su-
dore vultus tui edes panem tuum. Hęc inq;
est lex membris omniū inserta mortalium:
que repugnat legi mētis nostre: eamq; a di-
uino arceat intuitu: q̄ maledicta terra in ope-
rib; nostris post agnitionem boni ac ma-
li cogitationū spinas cepit ac tribulos ger-
minare: quarū aculeis carnis obtunsis femi-
na p̄focantur: ne illum panem nostrum qui
de celo descendit: quicq; confortat cor homi-
nis: edere absq; vultus nostri sudore possi-
mus. Omne igitur humanū genus huic ge-
neraliter legi sine vlla exceptione subijcit.
Nullus enim est ęuis sanctus: qui supradī-
ctum panem non cū sudore vultus sui et sol-
licita cordis intentione percipiat: **Ue. 7.** cō-
muni isto pane multi vt videmus diuites:
sine vllō vultus sui sudore vescunt. **Ue. 7.**
Quam etiā legem beatus apostolus spiritalē asse-
rit dicens: Scimus autē quia lex spiritalis
est: ego autē carnalis sum: venundatus sub
peccato. Spiritalis enim est lex que iubet
nobis vt in sudore vultus nostri comeda-
mus illum panem verū qui de celo descen-
dit: sed nos carnales fecit venundatio illa
peccati. **Ue. 7.** Qđ rogo istud: cui? ve peccatū est?
Sine dubio adę: cuius p̄uaricatione atq; vt

Sancti Augustini de tempore

ita dicitur: negotiatione damnosa fraudulē
 toꝝ cōmercio venditi sumus. Omnē enim
 prolem suam: serpentis psuassione seductus
 illiciti tibi pceptione distractam: iugo perpe-
 tuę seruitutis addidit. Hic namq; mos solet
 inter vendentem ementemq; seruari: vt is
 qui se alieno cupit domino mancipare: ali-
 quid precij pro iactura proprię libertatis et
 additione perpetuę seruitutis a suo cōsequa-
 tur emptore. Quod etiam inter adam atq;
 serpentē manifestissime videmus impletū.
 Ille enim a serpente precium libertatis suę
 esu interdite arboris capiens: a naturali li-
 bertate discessit: illiq; maluit semetipsum p-
 petua vendere seruitute: a quo vetiti pomi
 lectale precij fuerat affectus: qua deinceps
 conditione constrictus: nō immerito omnē
 posteritatis suę progeniem: perpetuo eidez
 cui⁹ effectus est seruus subdidit famulatu.
 Quid enim aliud seruire coniugium potest
 procreare q̄ seruos? Quid ergo? Nunquid
 emptor iste versutus et callidus domino ve-
 ro atq; legitimo ius dominationis eripuit?
 Non ita est: Neq; enim sic ille omne pecu-
 lium dei vnus fraudis dolositate peruasit:
 vt potentiam dominij sui verus dominator
 amitteret: qui ipsum quoq; emptorem quā-
 uis refugum vel rebellem: tamen iugo repū-
 mit seruitutis. Sed q; oib⁹ rōnabilib⁹ crea-
 turis arbitrij libertatem creator indusserat:
 eos qui se contra fas edacis concupiscentię
 transgressione vendiderāt: inuitos ad inge-
 nitam libertatem reuocare non debuit. Ab-
 horret siquidem ab illo iusticię et pietatis au-
 ctore: quicquid bonitati equitatiq; contrari-
 um est. Ab alū enim fuerat si concessę liber-
 tatis beneficiuz reuocasset: iniustū si liberū
 hominem potentia sua opprimens atq; ca-
 ptiuans: libertatis acceptę priuilegiuz exe-
 qui non stuisset: cuius salutē in futura tunc
 secula referuauit: vt recto ordine complere
 statuti temporis plenitudo. Spordebant enī
 eius sobolem tamdiu sub auita conditione
 durare: quousq; eandem originalibus vin-
 culis liberatam: in antiquum libertatis sta-
 tum: prioris domini gratia p̄cio sui sanguis
 reformaret: quam pietatis instinctu potuit
 etiam tunc saluare: sed noluit: quia eum de-
 creti sui irrumpere sanctionē equitas non si-
 nebat. His nosse causam venditionis tuę?
 Audi ipsum redemptorē tuum per Esaiam
 pphetā apertissime pclamantē: Quis ē iste
 liber repudiū matris vestre: quo dimisi eazē

Isa. 50.

Aut quis est creditor meus cui vēdidī vos?
 Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis:
 et in sceleribus vestris dimissi matrem vestram.
 His etiam euidenter agnoscere cur te iugo
 seruitutis addictum redimere potentię suę
 virtute noluerit? Audi quid ad superiora
 quibus eisdem famulis causam voluntarię
 venditionis exprobrat: adiecerit: Nunquid
 abbreviata et paruula facta est manus mea:
 vt non possim redimere: aut non est in me
 virtus ad liberandum? Sed quid huic po-
 tentissimę misericordię eius semper obste-
 rit: idem propheta demonstrat: Ecce inquit
 non est abbreviata manus domini vt salua-
 re nequeat: neq; aggravata ē auris eius vt
 non exaudiat: sed iniquitates vestre diuise-
 runt inter vos et deum vestrum: peccata ve-
 stra absconderūt faciem eius a vobis ne ex-
 audiret. Quia ergo carnales nos fecit: et spi-
 nis ac tribulis condemnauit illa prima dei
 maledictio: nosq; ita iniquo pater noster cō-
 mercio venundedit: vt bonum quod volu-
 mus agere nequeam⁹: dum diuisi a memo-
 ria summi dei: ea quę humane fragilitatis
 sunt cogitare compellimur: dum puritatis
 amore flagrantes: incentiuis naturalibus
 quę penitus ignorare velimus: etiam inuiti
 plerūq; cōpungimur: Scim⁹ quia non ha-
 bitat in carne nostra bonū: id est huius quā
 diximus theorie atq; puritatis perpetua iu-
 gisq; tranquillitas: sed factū est istud pessī-
 mū ac lugubre diuortium: vt cum mente le-
 gi dei seruire velimus: nunq; scilicet volen-
 tes a claritate diuina dimouere conspectū:
 tamē carnalibus tenebris circūfusi: quada-
 lege peccati ab eo quod bonum nouimus
 cogamur auelli: scilicet ad caras cogitatio-
 nesq; terrenas: ab illa mētis celsitudine de-
 cidentes: ad quas nos lex peccati: id est illa
 sententia dei non imerito cōdemnauit quā
 prim⁹ delictor excepit. Et inde est quod bea-
 tus apostolus cum apertissime fateatur in-
 euitabili se vel omnes sanctos peccati hui⁹
 necessitate constringi: tamen neminē eorum
 ob hoc esse damnandū audenter enunciat
 dicens: Nihil ergo nunc damnatiōis est his
 qui sunt in christo iesu: Lex enim spiritus vi-
 tē in christo iesu: liberauit me a lege peccati
 et mortis: id ē quotidiana gratia christi: om-
 nes sanctos suos ab hac lege peccati et mor-
 tis in quā iugiter vel nolētes cogunt incur-
 rere: cum remissione debitorū suorum a do-
 mino p̄cantur absoluti.

Abi. 3.

Isa. 59.

Ro. 7.

Ro. 8.

Sermo XLVIII Do. v. post oc. Epi. Ser. I

Item in eadem dominica Dome-
lia de eo qd scriptum est in euange-
lio fm Mattheu: Simile est regnu
celorum homini qui seminavit bo-
num semen etc. que habet in opere
de questionib⁹ euangeliozu libro
ca. xi.

**Dominica quinta post octavas
festi Epiphanie de eo qd scriptum
est in euangelio fm Mattheu: Con-
fiteor tibi pater etc. Sermo I**

Sermo
XLVIII.

Matth. 11.

Act. 17.

Auctu euangelii cum legeret fra-
tres: audiuius dominu iesum ex-
ultasse in spiritu: et dixisse: Confiteor
tibi pater domine celi et terre: quia abscon-
disti hec a sapientibus et prudentibus: et re-
uelasti ea paruulis. Hucusq; interim verba
dñi. Si digne: si diligenter: si qd primu est
pie consideremus: inuenimus primitus: no
semper cum in scripturis legimus confessio-
nem: debere nos intelligere vocem peccato-
ris. Maxime autē hoc dicendū fuit: et hinc
admonenda charitas vestra: quia mox vt h
verbū sonuit vox lectoris: securus est etiam
sonus tunsonis pectoris vestri: audito scz
qd dñs ait: Confiteor tibi pater. In hoc ipso
qd sonuit cōfiteor: pectora tutudistis. Cū
dere autē pectus quid est: nisi arguere qd la-
tet in pectore: et euidenti pulsu occultū casti-
gare peccatū? Quare hoc fecistis: nisi qz au-
distis: Confiteor tibi pater? Confiteor audistis:
qz cōfiteor no attēdistis. Hūc ḡ aduertite: Si
cōfiteor: christus dixit a quo longe est omne
peccatū: no soli⁹ est cōfiteri pctoris: sed etiā
aliqui laudatoris. Cōfitemur ḡ siue laudan-
tes deū: siue accusantes nosmetipsos. Pia ē
vtraq; cōfessio: siue cū te rep̄ bendis qui nō
es sine peccato: siue cū illum laudas qui nō
pōt hē peccatū. Si autē hī cogitem⁹: rep̄ hē-
sio tua laus ipsi⁹ est. Quare em̄ iā p̄fiteris in
accusatōe peccati: in accusatōe tuip̄suis?
Quare p̄fiteris? Quia ex mortuo fact⁹ es vi-
uus. Scriptura ḡpe ait: A mortuo ḡsi q nō
st̄ pit p̄fessio. Si pit a mortuo cōfessio: q p̄f-
tes viuit. Et si p̄ctm̄ p̄fiteor: vtiq; a morte re-
uixit. Si peccati cōfessor reuixit a morte: qd
illū suscitauit? Null⁹ mortu⁹ est suip̄s⁹ fasci-
nator. Ille solus se potuit suscitare: qui mor-
tua carne nō mortuus est. Etenī hoc suscita-
uit qd mortuū fuit. Ille suscitabat: qui viue-
bat i se. In carne autē suscitāda mortu⁹ fue-
rat. Hō em̄ p̄f illū sol⁹ suscitauit: de quo dī-

ctū est ab aplo: Propter qd deus eū exalta-
uit: s̄ etiā dñs seipm̄: id est corp⁹ suū suscita-
uit. Unde dīc: Soluite templū hoc: et in tri-
duo suscitabo illud. Abortuus est autē pec-
cator: maxie ille quē moles p̄suetudinis p̄e-
mit: ḡsi sepult⁹ Lazar⁹. Pax em̄ erat qz mor-
tuus: etiā sepult⁹. Quisq; igit male p̄suetu-
dinis: male vitę scz terrenāz cupiditatū mo-
le p̄mit: ita vt in illo iā factū sit: sic in quodā
psalmo mirabilis dicit: Dixit stultus in cor-
de suo nō est de⁹: Sit talis: de ḡli dicitū ē: A
mortuo velut q nō sit pit p̄fessio. Quis eu-
suscitauit: nisi q remoto lapide clamauit di-
cens: Lazare prodi foras. Quid ē autē foras
p̄dire nisi quod occultum erat foras p̄dire?
Qui p̄fiteor foras prodi: foras autē p̄dire nō
posset nisi viueret: viuē nō posset nisi resusci-
tat⁹ est. Ergo i p̄fessioe sui accusatio: dei lau-
datio ē. Dīc ḡ aliq;: Quid p̄dest ecclia si iā
cōfessor voce dñica resuscitat⁹ p̄dit? Quid
p̄dest ecclia cōfiteri: cui dñs ait: Quę solue-
ritis i terra: soluta erūt et i celo? Ipsū lazaru
attēde: cū vinculis p̄dit. Iā viuebat cōfite-
do: sed nōdū liber ambulabat vinculis irre-
tucus. Quid ḡ facit ecclia: cui dicitū est: Quę
solueritis i terra soluta erūt: nisi qd dñs ait
cōtinuo ad discipulos: Soluite illū et sinire
abire. Siue ḡ nos accusem⁹: siue deū laude-
mus: semp illi gratias agere studeam⁹: a ḡ
gratia gratis dat cuiusq; dat. Bis ḡ deum
laudam⁹: si pie nos accusem⁹: deūq; laude-
mus. Quis deū laudam⁹: tanq; eū q sine pctō
est p̄dicam⁹. Quis autē nosmetipsos accusam⁹
ei ḡ quē resurrexim⁹ gl̄ia dam⁹: hoc si fecerim⁹
nullā occasionē inueniet inimic⁹: q nos
circūueniat aū iudicē. Cū em̄ tuip̄e fueris ac-
cusator: et dñs liberator: qd erit ille nisi calū-
niator? Aberto ille hinc sibi tutelā prouidit
aduersus inimicos nō cōspicuos: carnē et sā-
guinē miserandā poti⁹ q; cauēdā: sed aduer-
sus illos inimicos ḡ q; ap̄s nos hortat vt
armemur: Hō ē nob̄ colluctatio adūsus car-
nē et sanguinē: id est aduersus homies quos
videtis seuire in nos. Vasa sunt: alius vti⁹.
Organa sunt: alius tangit. Immisit se in qd
diabolus in cor iudę vt traderet dominum.
Aut aliquis: Quid ergo ego feci? Audi apo-
stolū: Req; detis locum diabolo. Tu male
voluntati locum dedisti: intrauit possedit:
vri⁹. Si locū nō daret: nō possideret. Ergo
nos admonens ait: Non est nobis collucta-
tio aduersus carnem et sanguinē: sed aduer-
sus p̄ncipes et potestates: Possit quisq; pu-

Phil. 2.

Job. 2.

Ps. 19. et. 51.
4. sen. dif. 17
ca. 1.

Job. 11

Matth. 18.

Job. 11.

B

Eph. 6.

Job. 15.

E. 3.

Eph. 6.

1.

Sancti Augustini de tempore

tare: aduersus reges terre: aduersus poten-
tes seculi. Quare? Ipsi non caro et sanguis?
Semel dictum est: Non aduersus carnem et
sanguinē. Auertere ab omni homine: Qui
ergo restant inimici? Aduersus principes et
potestates spiritalis nequitię: rectores mū-
di: q̄si pl^o dedit diabolo et angelis ei^o. Plus
dedit: quos rectores mundi appellauit. Sed
ne male intelligas: exponit quid sit mūdus
cui^o sūt illi rectores. Rectores mūdi tenebra-
rū harū. Quid est mūdus tenebrarū harū:
quibus est rector? Dilectoribus suis et infī-
delibus plen^o est mūdus: hos appellat apo-
stolus tenebras. Harum rectores diabolus
et angeli eius. Hęc tenebrę nō naturales sūt:
non incōmutabiles sunt. Aburant et lux effi-
ciunt: credunt et credendo illuminant. **Ps.**
Ep̄. 5. cum in eis factum fuerit: audiet: Fuis-
tis enī aliquando tenebrę: nunc autem lux in do-
mino. Nam quando tenebrę in te nō in do-
mino. Iterum quando lux: non in te sed in
1. Cor̄. 4. domino. Quid enim habes qđ non accipi-
sti? Quia ergo sunt inuisibiles inimici: inui-
sibiliter sunt expugnandi. Quippe hostem
uisibilem vincis feriendo: inuisibilem vin-
cis credendo. Uisibilis est hostis homo: vi-
sibile est et ferire. Inuisibilis est hostis dia-
bolus: inuisibile est et credere. Ergo est pu-
gna inuisibilis aduersus inuisibiles inimi-
cos. Ab his enī inimicis quomō se tutum di-
cit quidā? Hoc enī cōperam dicere: et necesse
habebā de istis inimicis aliquāto cum mo-
ra tractare. Jam ergo cognitis inimicis: vi-
Ps. 17. deamus tutelam. Laudans inuocabo do-
minū: et ab inimicis meis saluus ero. Habes
qđ agas: Laudās inuoca: sed dñm laudās
inuoca. Si enim te laudaueris: ab inimicis
tuis saluus non eris. Laudans inuoca do-
minū: et ab inimicis tuis saluus eris. Quia
Ps. 49. qđ ait ipse domin^o: Sacrificiū laudis bono-
rificabit me: et ibi via est vbi ostendā tibi sa-
lutare meū. Ubi via? In sacrificio laudis.
Noli pedem extra hęc viam mittere: in via
esto. Noli a via recedere: a laude dñi: nec yn-
guem: nedum pedem. Si enim volueris ab
hac via deuiare: et pro domino te laudare:
non eris salu^o ab illis inimicis: quia de ipsis
Ps. 139. dictū est: Juxta semitā scandala posuerunt
mibi. Quicqđ ġputaueris boni habere te
ab te: deuiasti a laude dei. Quid iam mira-
Gal. 6. seductor es? Audi apostolū: Qui enī putat

se esse aliquid cum nihil sit: ipse se seducit.
Dominū ergo attende cōsistentē: Confiteor
tibi pater dñe celi et terre. Confiteor tibi: lau-
do te. Laudo te: non accuso me. Quātū autē
ptinet ad ipsius hominis susceptionem: to-
ta gratia: singularis gratia: perfecta gratia.
Quid meruit homo ille qui christ^o est si tol-
las gratiā: et tantā gratiā qua vnum oportet
bat esse christū: ipsum esse quem nouimus?
Tolle istam gratiam: quid est christus nisi
homo? Quid nisi qđ tu? Suscepit animam:
suscepit et corp^o: suscepit plenū hominē: co-
aptatam sibi vnam facit domin^o cum seruo
psonam. Quāta est ista gratia? Christus in
celo: christus in terra: christus simul in celo et
in terra. Christus apud patrem: christus in
vtero virginis: christ^o in cruce: christ^o apud
inferos subueniens quibusdā. Eo autē ipso
die christus in paradiso cum latrone confi-
tente. Et ibi quid latro meruit: nisi quia illā
viam tenuit: vbi ostēdit salutare suū: a qua
tibi pes non exeat? In eo enim qđ se accusa-
uit deum laudauit: et vitam suam beatā fe-
cit. Presumpsit quidē de domino: et ait illi:
Domine memento mei dum veneris in re-
gnum tuū. Considerabat enim facinora sua
et pro magno habebat si ei vel in fine parce-
retur. Domin^o autē cōtinuo cū ille diceret:
Ademēto mei: Sed quādo? Cum veneris in
regnum tuum: Amē dico tibi inquit: hodie
mecū eris in paradiso. Misericordia obtu-
lit: quod miseria distulit. Audi ergo domi-
nū consistentē: Confiteor tibi pater: domine
celi et terre. Quid cōfiteor? In quo te laudo.
Hęc enī cōfessio: vt dixi laudē habet. Quia
abscondisti hęc a sapiētibus et prudētibus:
et reuelasti ea paruulis. Quid ē hoc fratres?
A cōtrario sensu intelligite. Abscōdisti hęc
inquit a sapiētibus et prudentibus: et nō dixit:
reuelasti ea stultis et imprudentibus: sed di-
xit: Abscōdisti a sapiētibus et prudētibus: et
reuelasti ea paruulis. Sapiētibus et pruden-
tibus irridendis: arrogantibus falso grādib^o
vere autē tumētibus opposuit: nō sapiētes:
nō prudētes: s̄ paruulos. Qui sūt paruuli:
hūiles. Ergo abscōdisti hęc a sapiētibus et
prudētibus. Romie sapiētiū et prudētiū sup-
bos intelligi posse: ipse exposuit cū ait: Re-
uelasti ea paruulis. Ergo abscōdisti nō paruulis.
Quid est nō paruulis? Nō humilibus. Quid
est nō hūilibus: nisi supbis: hęc via domi-

Matth. 11.

Ps. 49.

Luc. 23.

Matth. 11.

Sermo XLVIII Do. v. post oc. Epi. Ser. I

nisi aut non erat: aut latebat ut reuelaretur nobis. Unde dñs exultauit: nisi quia reuelatū est paruulis: Debem⁹ esse paruuli: Nā si uoluerimus esse magni quasi sapientes et prudētes: nō nobis illud reuelat. Qui sunt magni? Sapientes et prudentes: dicētes se sapientes: stulti facti sunt. Habes remedium a contrario: Si dicendo te sapientē: stultus factus es: dic te stultū et sapiens eris. Sed dic: dic sed intus dic: quia sic est ut dicis. Si dicis: noli coram hominib⁹ dicere: et coram deo nō dicere. Proius qđ ad teipsum pertinet: qđ ad tua: tenebrosus es. Quid ē enī aliud esse stultū: nisi esse tenebrosū in corde: Deniq; de illis sic ait: Dicētes se eē sapientes: stulti facti sūt. Anteq; hoc diceret qđ rursum: Et obscuratū est insipiens cor eorū. Dic: q; tu tibi lumē nō es. Et multū: ocul⁹ es: lumē nō es. Quid prodest patēs ac san⁹ oculus si lumē desit? Ergo dic a te tibi lumē non esse: et clama qđ dictū est: Tu illuminabis lucernam meā domine: Lumē tuo dñe illuminabis tenebras meas. Adēq; enī nihil nisi tenebrę: tu autē lumen fugās tenebras: illuminās me: non a me mibi lumē existēs: sed lumē non picipans nisi in te. Sic iohānes amicus sponsi christi: putabat lumen. Job. 1. Non erat ille lumen: sed ut testimoniū phiberet de lumine. Ad autē erat lumen: erat lumen verū. Quid est verū? Ad illuminat omnē hominē. Si verū lumen est quod illuminat omnē hominē: ergo audi et iohannē ubi. 3. recte dicentē: recte consententē: Nos autē de plenitudine eius accepimus. Uide si aliud dixit: q; tu illuminabis lucernam meā domine. Deniq; iam illuminat⁹ testimoniū perhibebat. Propter cecos lucerna diei testimoniū perhibebat. Uide quoniam lucerna est: Job. 5. Uos inquit misistis ad iohannē: et uolulistis exultare ad horam in lumine eius. Ille erat lucerna ardens et lucens. Ille lucerna: hoc est res illuminata: accensa ut luceret: quę accendi potest et extingui. Sed ut non extinguat: uentum superbię nō patiat. Ergo Matt. 11. cōfiteor tibi pater domine cęli et terrę: quia abscondisti hęc a sapientib⁹ et prudentibus lumen se putantibus et tenebrę erant. Et p eo q; tenebrę erant: et lumē se putabant: nec illuminare potuerunt: Illi autem qui tenebrę erant et tenebras se esse cōstebant: paruuli erant et non magni: humiles erant et nō Job. 17. superbi. Recte ergo dicebat: Tu illuminabis

lucernam meam domine. Se agnoscebant: dominū laudabant: a uia salutari non recedebant. Laudātes dominū inuocabant: et ab inimicis suis salui erant. Postremo aperit cęleste mysteriū: quod si placuerit deo: ut paruulis magis q; prudentibus istius mundi gratiā suam reuelaret. Ad apostol⁹ paulus stilo pleniore digessit dicens: Nōne stultam fecit deus sapientiā huius mūdī? Nam quoniam dei sapientiā non cognouit hic mūdus per sapientiā: placuit deo per stulticiāz p̄dicationis saluos facere credentes. At ergo: Ita pater: quoniam sic fuit placitū ante te. Cęlestiū enim uerborum arcana atq; uirtutes: sapientibus abscondunt et paruulis reuelant. Paruulis malicia nō sensu: sapientibus x̄o stulticię p̄sumptione non prudentię causis. Factiq; hui⁹ equitatem dominus paternę uolūtatis iudicio p̄firmat: ut q; dedignant paruuli i deū fieri: stulti deinceps i sapientiā sua stant. Uides q; terribilis i cōsilijs domin⁹. Disce uere hūilitatis exemplar: nec temere discutias sup̄ne disp̄satiōis cōsilia. Lum enim intulisset utrūq; scz q; alijs aduētus sui sacramēta reuelauerit: ab alijs x̄o absconderit: non mox rationē reddidit: sed sic deo placitū dixit: hoc ostendens manifeste: q; iniustū esse non potest qđ placuit iusto. Ac ne quid in illo minus q; qđ in deo est estimaret: statim subdidit: Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Pulcherrimus connectif de fide locus: quando omnia sibi tradita dicit a patre suo. Lum omnia legis: omnipotentē agnoscis: nō decolorē: non degenerē patris. Lum tradita legis: filii cōfiteris: cui per naturā omnia vni⁹ substantię iure sunt pp̄ria: nō dono collata per gratiā. Tradita autē sibi dicit omnia: non cęlum et terram uel cętera quę ipse condidit ac fecit elementa: sed hoc qui per filiū accessum habent ad patrem et ante rebelles: deū postea per fidem sentire cęperit. Unde et alio loco dicit: Omne qđ dat mihi pater ad me uenit: et: Et nemo nouit filium nisi pater: neq; patrem quis nouit nisi filius: et cui uoluerit filius reualare. Lum diceret: Nemo nouit filium nisi pater: non dixit: et cui uoluerit pater reuelare: quęadmodū cum dixerit: Nemo nouit patrem nisi filius: addidit: Et cui uoluerit fili⁹ reuelare. Quod non ita intelligendū est quasi a nullo possit cognosci nisi a solo patre: Pater autē non solū a filio sed

D
rit cęleste mysteriū: quod si placuerit deo: ut paruulis magis q; prudentibus istius mundi gratiā suam reuelaret. Ad apostol⁹ paulus stilo pleniore digessit dicens: Nōne stultam fecit deus sapientiā huius mūdī? Nam quoniam dei sapientiā non cognouit hic mūdus per sapientiā: placuit deo per stulticiāz p̄dicationis saluos facere credentes. At ergo: Ita pater: quoniam sic fuit placitū ante te. Cęlestiū enim uerborum arcana atq; uirtutes: sapientibus abscondunt et paruulis reuelant. Paruulis malicia nō sensu: sapientibus x̄o stulticię p̄sumptione non prudentię causis. Factiq; hui⁹ equitatem dominus paternę uolūtatis iudicio p̄firmat: ut q; dedignant paruuli i deū fieri: stulti deinceps i sapientiā sua stant. Uides q; terribilis i cōsilijs domin⁹. Disce uere hūilitatis exemplar: nec temere discutias sup̄ne disp̄satiōis cōsilia. Lum enim intulisset utrūq; scz q; alijs aduētus sui sacramēta reuelauerit: ab alijs x̄o absconderit: non mox rationē reddidit: sed sic deo placitū dixit: hoc ostendens manifeste: q; iniustū esse non potest qđ placuit iusto. Ac ne quid in illo minus q; qđ in deo est estimaret: statim subdidit: Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Pulcherrimus connectif de fide locus: quando omnia sibi tradita dicit a patre suo. Lum omnia legis: omnipotentē agnoscis: nō decolorē: non degenerē patris. Lum tradita legis: filii cōfiteris: cui per naturā omnia vni⁹ substantię iure sunt pp̄ria: nō dono collata per gratiā. Tradita autē sibi dicit omnia: non cęlum et terram uel cętera quę ipse condidit ac fecit elementa: sed hoc qui per filiū accessum habent ad patrem et ante rebelles: deū postea per fidem sentire cęperit. Unde et alio loco dicit: Omne qđ dat mihi pater ad me uenit: et: Et nemo nouit filium nisi pater: neq; patrem quis nouit nisi filius: et cui uoluerit filius reualare. Lum diceret: Nemo nouit filium nisi pater: non dixit: et cui uoluerit pater reuelare: quęadmodū cum dixerit: Nemo nouit patrem nisi filius: addidit: Et cui uoluerit fili⁹ reuelare. Quod non ita intelligendū est quasi a nullo possit cognosci nisi a solo patre: Pater autē non solū a filio sed

2. Cor. 1.

Job. 17.

Job. 6.
Matt. 11.

Sancti Augustini de tempore

lius p̄nitentiā peccatorū: sed nec ipsa vide-
tur aliquid profutura si ab operibus miserū

cordis sterilis fuerit. Testatur hoc veritas p̄
iobannē: qui venientibus ad se dicebat: Be-
neratio viperarum: quis vobis ostendit fu-
gere ab ira ventura? Facite ergo dignos fru-
ctus p̄nitentię. Et ne dicatis: patrem habe-
mus abraham. Dico enim vobis: quia po-
tens est deus de lapidibus istis suscitare fi-
lios abrahę. Jam enim securis ad radices
arborū posita est. Omnis enim arbor: nō fa-
ciens fructum bonum excidetur et in ignem
mittetur. De hoc itaq̄ fructu superius ait:
Facite fructus dignos p̄nitentię. Quisq̄s
itaq̄ istos fructus non fecerit: sine causa pu-
tat per sterilem p̄nitentiā se mereri veniam
peccatorum. Qui sint autē isti fructus: ipse
p̄sequēter ostendit. Nā post hęc eius verba
interrogabāt eū turbe dicētes: Quid ergo
faciemus: id est qui sunt isti fructus quos vt
faciamus hortaris et terres? Respondēs au-
tem dicebat illis: Qui habet duas tunicas
det vnā non habenti: et qui habet escas sili-
faciat. Quid manifesti⁹ fratres mei? Quid
certius? Quid expressius? Quid ergo aliud
sonat qđ superius ait: Omnis arbor non fa-
ciens fructum bonum excidetur et in ignem
mittetur: nisi qđ sinistri audituri sūt: Ite in
ignem eternum: Esuriui enim et nō dedistis
mihi manducare? Parum est itaq̄ recedere
a peccatis: si p̄terita curare neglexeris: sicut
scriptum est: Fili peccasti: ne adicias iterū.
Et ne b̄ solo securū se esse putaret: Et de p̄-
stitis inquit deprecare vt tibi dimittantur.
Sed quid proderit deprecari si te nō dignū
feceris exaudiri: nō faciendo fruct⁹ dignos
p̄nitentię: vt tanq̄ sterilis arbor excidaris
et in ignem mittaris? Si ergo exaudiri vul-
tis cum deprecamini pro peccatis vestris:
Dimittite et dimittet vobis. Luc. 5.

Item in eadem dominica Dome-
lia de eo qđ scriptū est in euangelio
fm̄ Mattheum: Simile est regnū
celorum homini patrifamilias qui
erijt primo mane etc. que inserta est
in sermone. lix. de Verbis domini
inter. B. et. f. Matth. 13.

Item in eadem dominica alius
sermo De Epistola: Non sic pugno
etc. qui habetur inter sermones de
Uerbis apostoli. xix. Luc. 6.

Sermo. LI Dominica In. LX. Ser. I

Dominica in sexagesima: De vocatiōe Abze: Egredere de terra tua

Sermo. LI. 7c. Sermo I

B Odo cū diuina lectio legeres audiui
m m^o dominū beato Abrahę dicentē:

Eccl. 12. Egredere de terra tua: et de cognati-

one tua: et de domo patris tui. Omnia enim
fratres charissimi: quę in veteri testamento

1. Cor. 10. cōscripta sunt: noui testamēti typum et ima-

ginem p̄tulerunt: sicut apostolus dicit: Dia-

em̄ in figura cōtingebant illis: Scripta sunt
autē propter nos: in quos fines sc̄alorū ob-

uenerūt. Si ergo propter nos scripta sunt:
quod tunc in abrahā corporaliter legim^o fa-

ctum: spiritualiter in nobis videbimus imple-

tum: Egredere inquit domin^o de terra tua:
et de cognatione tua: et de domo patris tui.

Hęc omnia fratres p̄ sacramento baptismi
in nobis et credimus et sentim^o impleri. Ter-

ra nostra caro nostra ē. Et bene de terra no-

stra egredimur: quando carnales consuetu-

dines deserentes: christi vestigijs inherem-

us. Quasi non tibi videt̄ feliciter de terra
sua: id est de seipso egredi: qui de supbo effi-

citur humilis: patiens ex iracundo: castus ex
luxurioso: largus ex cupido: benign^o ex in-

uidido: placidus ex cruento: Vere fratres feli-

citer de terra sua egredis: qui p̄ dei amore ta-

liter cōmutas. Deniq; etiā in collocutiōe pri-

uata ita loqui cōsueuimus: vt si aliquis ma-

lus homo subito bona opera cęperit exerce-

re: dicamus de illo: Exijt iste de se. Et vere
bene de se exisse dicit̄. Egredere inquit do-

minus de terra tua. Terra nostra: id est caro
nostra ante baptismū terra morientis fuit:

p̄ baptismū facta est terra uiuentis. Ipsa est
illa terra de qua psalmista commemorat di-

Ps. 16. cens: Credo videre bona domini in terra ui-

uentis. Terra uiuentis et non morientis: id
est virtutū non vitiorū: vt dixi: p̄ baptismū
facti sumus: si tamen post acceptum bap-

tismū ad vitiorū non reuertimur volutabū: si
postea q̄ terra uiuentium facti sumus: ope-

ra mori obnoxia et luxuriosa nō faciamus.

B Et veni inquit domin^o in terrā quā mōstra-

uero tibi. Tunc enī ad terrā quam domin^o

ostendit cum gaudio veniemus: si prius de
terra nostra: id est de carne nostra: ipso adiu-

uante: vitia et peccata repellimus. Egredere
inquit et de cognatione tua. Cognatio ista

vitia intelligunt̄ atq; peccata: quę nobiscū

quodāmodo et ex parte nascunt̄ et ab infan-

tia malis moribus addunt̄ ac nutriunt̄. De
cognitione ergo nostra egredimur: quando

per gratiā baptismi omnibus peccatis et vi-

tijs vacuamur: ita tamen vt postea cum dei
adiutorio quātum possumus laboremus vt

expulsis vitijs virtutibus repleamur. Nam
si p̄ baptismū malis omnibus vacuati desi-

des esse volumus et ignaui: timeo ne imple-

atur illud in nobis qd̄ in euangelio scriptū
est: Cum exierit spiritus immūds ab homi-

ne: vadit per loca arida et querit requiem et
nō inuenit: Postea reuersus si inuenit do-

mū vacuam: adducit secū alios septē spiri-

tus nequiores se: et ingressi habitant ibi: Et
erunt hominis illius posteriora peiora prio-

ribus. Ita ergo de cognatione nostra: id est
de peccatis et vitijs exeam^o: vt nunq; ad hec

mala postea velut canis ad vomitū redire
velimus. Egredere inquit et de domo patris

tui. Et hoc charissimi spiritualiter debemus
accipere. Pat̄ noster ante gratiā christi: dia-

bolus fuit. De ipso domin^o in euangelio iu-

dcos arguit dicens: Vos ex patre diabolo
estis: et desideria patris vestri facere vultis.

Patrem ergo hominū dixit diabolum: nō ex
ipso nascendo: sed ipsius nequiciam imitan-

do: non qd̄ ex ipso potuerint nasci: sed quod
eum voluerint imitari. Nā quod prius pat̄

noster diabol^o fuerit: ex p̄sona dei loquētis
ad ecclesiam: psalmista cōmemorat dicens:

Audi filia et vide: et obliuiscere populū tuū:
et domū patris tui. Cōsiderate fratres quid

dixerit: Audi inq; filia. Qui dicit: Audi si-

lia: pater vtiq; est. Et cū dicit: Obluiscere
populū tuum et domū patris tui: patre vti-

q; admonet relinquēdum. Inuitamur ergo
a deo patre: vt beata et fēlici cōmutatione

patrem diabolum relinquamus. Bene dia-

bolum patrem reliquimus: si deo auxiliāte
calliditatem et nequicias illius vitare semp

vel fugere studeamus. Hęc ergo omnia fra-

Matth. 12.

Job. 2.

Ps. 44.

Sancti Augustini de tempore

Job. 5. est: Jam sanus factus es: noli peccare ne quod tibi deterius contingat: sed abrahe fide potius imitatio: et bona iugiter opera faciendo: non solum ad veniam: sed etiam ad consortium vel amicitiam dei pervenire possim. Sed et illud frater charissimè mi quod de hac eadem re dominus locutus est ad moysen: cum grandi metu et tremore considerare de-

Deut. 7. bem. Sic enim ait: Locus tradiderit vobis dominus terram chananorum: cavete ne unquam cum habitatoribus terre illius iungatis amicitias: quia vobis peritus sunt in ruinam. Locus enim per gratiam baptismi a nobis omnia crimina vel peccata expulsa esse credamus: si postea cum ipsis vitijs et peccatis amicitias iungimus: dum eis ad cupiditatem vel luxuriam consentimus: sine dubio eorum amicitia nobis efficiet in ruinam. Et ideo quantum possumus cum dei adiutorio pro salute anime laboremus: et agro cordis nostri que peccata vel crimina possederant: virtutes intromittere festinemus: ut in nobis impleatur illud quod beatus isaac in typo christi benedicens filium suum dixit:

Gen. 27. Ecce odor filij mei: sicut odor agri pleni cui benedixit dominus: quod ipse prestare dignetur: cui honor et imperium cum patre et spiritu sancto in secula seculorum: Amen.

Itē in eadē dñica Homelia de eo quod scriptum est in euāgelio secundum Mattheum: Erunt qui seminat etc. qui habet li. i. questionum euāgeliorum ca. x. et. xiiij.

Feria quarta post dñicā in sexagesima: De charitate et dilectione dei

Ser. LII. **A** De ceco illuminato: Sermo I
De charitate nobis paulo ante apostolus loquebatur: cum eius epistola legeretur: et eam nobis sic commendabat: ut intelligerem quod cetera omnia queuis magna dei dona: sine illa nihil potest. Ubi autem ipsa est: sola esse non potest. Et nos que vobis charitati sermonem de charitate reddamus. Charitas alia est diuina: alia est humana: alia est humana licita: alia illicita. De his tribus charitatibus vel dilectionibus: duo enim nomina habet apud Latinos: que grece αγαπη δει: quod dominus donauerit dicat. Hec que prima est distributio mea: que dixi aliam humanam: aliam diuinam esse charitatem. Tandemque humanam in duo distribui: que alia sit licita: alia illicita. Prius ergo loquor de humana licita que dicitur: Tertio de diuina que nos perducit ad regnum. Ut ergo breuiter insinuem: licita est humana charitas que vxor diligat: illicita que meretrix vel vxor aliena. In foro enim et placitis magis licita charitas diligat quam meretrix. In domo

dei: in templo dei: in ciuitate christi: in corpore christi etiam meretricis amor ad gehennas amantem perducit. Licita ergo charitatem habere: humana est: sed ut dixi licita est. Non solum autem ita licita est ut procedat: sed ita licita est ut si defuerit reprehendat. Liceat vobis humana charitate diligere coniuges: diligere filios: diligere amicos vestros: diligere ciues vestros. Quia enim ista nomina habent necessitudinis viculum et glutem quodammodo charitatis: Sed videtis istam charitatem esse posse et impiorum: id est paganorum: iudeorum: hereticorum. Quis enim eorum non amat vxorem: filios: fratres: vicinos: affines: amicos etc. Hec ergo humana est. Si ergo tali quisque crudelitate efferatur ut perdat etiam humanam dilectionis affectum: et non amet filios suos: et non amet coniugem suam: nec inter homines numerandum est. Non enim laudandus est qui amat filios suos: sed dandus est qui non amat filios. Adhuc enim videat cum quibus debet ei esse dilectio ista communis. Amat filios: et serpens amat filios: Amant filios aspidem: amant filios tigridem: amant filios leones. Illa enim bestia est que non filiis suis blande murmuret. Illa cum terreat homines: puulos fouet. Fremunt leo in filios ut nemo trahat. Intrat in speluncam ubi habet filios suos: omnem rabie feritatis exponit. Foris eam ponit: cum ipsa non ingreditur. Ergo qui non amat filios suos: etiam leone peior est: humana sunt ista et licita sunt. Illicitum amoris cauetur. Adherbra christi estis: corpus christi estis. Audite apostolum et terremi. Non potuit enim grauius dicere: non potuit vehementer: non potuit acriter deterrere christianos ab amore fornicationum: nisi ubi dixit: Tollens ergo membra christi: faciam membra meretricis. Ut autem hoc diceret superius ait: Nescitis quod quod adheret meretrici unum corpus est? Et testimonium de scriptura dedit quod scriptum est: Erunt duo in carne vna. Dicitur est enim hoc diuinitus: sed de viro et vxore ubi licet: ubi consensus est: ubi honestum est: non ubi turpe: non ubi illicitum: non ubi omni ratione dānabile. Sic autem vna sit caro in permixtione licita viri et vxoris: sic vna sit caro in permixtione illicita meretricis et amatoris. Cum ergo vna sit caro: illud te terreat: illud exhorreat quod addidit: Tollens ergo membra christi. Adherbra christi: christiane attende. Adherbra christi noli in altero: in te attende membra christi que emptus es sanguine christi. Tollens ergo membra christi: faciam membra meretricis: hoc quod non horret: deo horret. Propterea prius obsecro vos fratres mei: Ecce ponamus: quod non est: promissum deum talibus impunitatem et dixisse: Qui talia fecerint miserebor eorum: non eos damnabo: Faciam hoc dixisse

In li. 50. bo. meliari. bo. mel. 38. a.

1. Cor. 6.

Ser. LII FERIA. III. POST DO. IN. LX. SER. I

De xbis dñi
Ser. 18. f.

deū. Et iā pmissa impunitate tollit q̄sq̄ mē
bra christi: r̄ facit iā mēbra meretricis: Nō fa
cit si est ibi tertia diuina dilectio. Etenim tres
dilectiōes cōmemorauī: de trib⁹ me qd̄ dñs
daret dicturū eē pmissi. De licita hūana: de
illicita hūana: de illa excellenti atq; diuina.
Interrogem⁹ diuinā charitatē: r̄ ponam⁹ aī
illā duas hūanas charitates r̄ dicam⁹ ei: Ec
ce licita charitas hūana q̄ vxor diligit et filij
aliquos necessitudines seclares: Ecce alia illicita
q̄ diligit meretricē: q̄ diligit ancilla aliena:
q̄ diligit aliena filia nō petita: nō pmissa: q̄
diligit vxor aliena. Duc ante te sūt charita
tes: cuz q̄ istarū vis manere? Qui eligit ma
uere cū illa hūana licita: cū illa hūana illicita
non manet. Nemo sibi dicat: ambas ha
beo. Si ambas habes admittēdo ad te dile
ctionē meretricē: iniuriā facit matronē r̄ q̄ ibi
habitat diuinę charitati. Puto em̄ qd̄ si hō
cōiugatus es r̄ diligas meretricē: nō mittis
meretricē in domū tuā vt habitet cū matro
na tua. Nō vsq; adeo p̄gredieris: Lenebras
q̄ris: latebras q̄ris: turpitudinē nō p̄fiteri.
Sed r̄ q̄ nō habēt vxores r̄ sūt q̄si meretricū
licētius amatores: ideo dixi q̄si: qz r̄ ipsi dā
nant si iam sunt fideles: puto qz r̄ adolescēs
nōdū habēs vxorē si diligit meretricē nō eā
facit habitare cū sorore sua: nō eā facit habi
tare cū matre sua: ne iniuriā faciat hūanę pu
dicitę: ne offendar dec⁹ sanguis sui. Si q̄ nō
facis habitare meretricē quā diligit cū mfe
tua: cū sorore tua: ne sicut dixi offendas de
cus sanguis tui: facis habitare in corde tuo
dilectionē meretricis cū dilectiōe dei: r̄ offē
dis decus sanguis christi? Amate deū: nihil
meli⁹ inuenitis. Amatis argentū: qz meli⁹ ē
ferro r̄ gramēto. Amatis plus aurū: qz meli⁹
est argento. Amatis plus lapides p̄ciosos:
qz r̄ auri p̄ciū supant. Amatis postremo istā
lucē quā dimittere formidat oīs q̄ mortē ti
met. Amatis inquā istā lucē: quō eā amore
quodā ingēti desiderabat q̄ post iesū clama
bat: Miserere mei fili dauid. Clamabat cecus
christo trāscūte. Adtuebat em̄ ne trāstret: r̄
nō sanaret. Et quātū clamabat: vt turba p̄
hibētē nō taceret: vicit cōtradictorē: tenuit
saluatorē: obstrepētib⁹ turbis r̄ clamare p̄hi
bentibus stetit iesus: Vocauit eū r̄ dixit ei:
Quid vis tibi fieri? Dñe: vt videā inq̄t. Re
spice: fides tua te saluū fecit. Amate christū:
desiderate lumē qd̄ ē christ⁹. Si desiderauit
ille lumē corpis: quāto plus lumē cordis de
siderare debetis. Ad eū nō vocab⁹ s̄ morib⁹

clamem⁹. Uiam⁹ bñ: mūdū p̄tēnam⁹. Nihil
nob sit om̄e qd̄ trāst. Rep̄hēsuri sūt nos
q̄si sic vixerim⁹ quidā dilectores nri homines
seclares: amātes terrā: sapiētes puluerē: ni
hil de celo ducētes: auras liberas corde na
re carpētes. Rep̄hēsuri sūt nos p̄culdudio
atq; dicturi si viderint nos ista humana: ista
frena p̄tēnere. Quid pater? Quid infans?
Turba illa ē p̄dicēs ne cec⁹ clamet: r̄ aliquātū
xp̄iani si q̄ p̄hibēt viuere christiane: qz r̄ illa
turba q̄ cū xp̄o ābulabat: r̄ vociferātē hoīez
ad christū ac lucē desiderantē ab ip̄i⁹ christi
bñficio p̄hibebāt: s̄ tales xp̄iani. Sz vinca
mus illos: viam⁹ bñ r̄ ipsa vita sit vox nra
ad christū: stabit q̄ stat. Nā r̄ ibi magnū my
steriū ē. Trāstiens erat ille q̄ ille clamabat.
Quī sanauit sterit. Trāst xp̄i intēros nos fa
ciat ad clamandū. Quis ē trāst xp̄i? Quic
qd̄ p̄ nobis sp̄alit p̄tulit: trāst ei⁹ ē. Nā ē
trāst: Nūquid adhuc nascit? Creuit: trāst:
Nūquid adhuc crescit? Surrexit: Nūquid adhuc
fugit? Adūcauit r̄ bibit: Nūquid adhuc facit?
Defessus dormiuit: Nūquid adhuc dormit?
Postremo p̄sus ē: vicit ei⁹: d̄berat ei⁹: spinis
coronat ei⁹: alapis celsus ē: sp̄utis illit: ligno
suspēsus: occisus: lancea p̄cussus: sepult⁹: re
surrexit: Adhuc trāst. Ascēdit in celū: sedet
ad dextrā p̄ris: Stetit. Clama quātū potes:
mō te illumiat. Nā in eo ip̄so qd̄ verbū erat
apud deū: vtiq; stabat: qz non mutabāt. Et
de⁹ erat x̄bū: r̄ x̄bū caro factū ē. Caro p̄ trāst
tū multa fecit: r̄ passa ē: Verbū stetit. Ip̄so
x̄bo cor illumiat: qz ip̄o x̄bo caro quā susce
pit honora. Tolle x̄bū: qd̄ est caro: Hoc est
qd̄ tua. Caro aut xp̄i vt honoret: x̄bū caro
factū ē: r̄ bitauit in nob. Clamem⁹ s̄ r̄ bñ vi
uam⁹. Amate filios v̄fos: amate iuges ve
stras: r̄ si seclariū. Nā s̄m carnē amare debe
tis: vt s̄m deū illis cōsularis: et nō in eis nisi
christū diligatis: r̄ oderitis i v̄fis si xp̄m h̄e
noluerint. Ipsa em̄ est charitas illa diuina.
Nā qd̄ eis p̄derit trāstoria r̄ mortalis cha
ritas v̄fa? Lū q̄n r̄ hūanit⁹ diligit vxorē: sed
plus dilige christum. Nō dico vt nō diligas
patrem: non dico vt non diligas filios: sed
plus dilige christum. Audi illum dicentem:
ne mea putes ista verba: Qui amat patrem
aut matrem plus q̄ me: non est me dignus.
Quādo audis: Non est me dignus: non ti
mes? De quo dixit: Nō est me dignus: nō ē
cū illo. Qui cū illo non erit: vbi erit? Si non
amas cū illo esse: time sine illo eē. Quare ti
mes sine illo eē: qz cū diabolo eris si cū xp̄o

Matt. 20.
Marc. 10.

Job. 16

Matt. 10.

Sermo LIII

Dñica In.L. Ser.I

Matth. 25. nō fuerit. Et ubi erit diabolus? Audi ipsū chris-
tū: Ire in ignē eternū: q̄ parat⁹ est diabolo
et angelis ei⁹. Si igne celi nō accēderis: ignē
time gebennay. Si nō amas esse inter ange-
los dei: time esse int̄ angelos diaboli. Si nō
amas esse in regno: time esse i camino ignis
ardētis inextinguibilis sempiterni. Uincat
in te pius timor: et erit amor. Timor pedago-
gus sit. Non ipse in te remaneat: s̄ te ad cha-
ritatē quasi ad magistrū pducat.

Item in eadem feria alius sermo
de Epistola diei: Quē diligit domi-
nus castigat et c. qui habet in libro
lxxxij. questionū: questioe lxxxij.

Item in eadem feria Homelia de
eo qd̄ scriptum est in euangelio s̄m
Mattheum: Domine peccatū et blas-
phemia remitte hominib⁹ et c. que
habet inter sermones de Verbis
domini. xj.

Ser. LIII. Dominica in quinquagesima: De
fide: spe et charitate: Sermo I

A Tuncq; enim christianū nomē te-
ner: et quicūq; sacramētis diuinis ē
imbutus fratres charissimī: necesse
est vt religionis christianę rationē sciat: et fi-
Sal. 5. dei veritatē agnoscat: eius quoq; fidei q̄ vt
ap̄tus ait p̄ dilectionē operat: q̄ in p̄senti cō-
fortat ac roborat credētes: et in futuro p̄du-
cit ad dei cōtemplationē. Hāc tria quedā p̄-
posuit animę n̄e necessaria beat⁹ et egregi⁹
1. Cor. 13. gentiū doctor dicēs: Hūc autē manēt fides:
spes: charitas: tria hęc maior aut horū est
charitas. Primū q̄ fides catholica christia-
no necessaria est: qz in ipsa distinguunt filij
dei a filijs diaboli: filij lucis a filijs tenebra-
rū: p̄ ipsam renascimur in baptisate: et salu-
Marci. 16. tem eternā impetram⁹: sicut scriptū est: Qui
crediderit et baptizatus fuerit: saluus erit.
Hęc porta est vitę: hęc ianua regni. Per ipsā
discit veritatis sciētia: et percipit cognitio diui-
nitatis: p̄ ipsam gratiā dei inuenim⁹. Aliter
De 5. 21. autē deo placere nō possum⁹: qz sine fide im-
possibile ē placere deo. Vere em̄ beatus est
q̄ et recte credendo bñ viuit: et bñ viuēdo fidē
B rectā custodit. Igit̄ sicut ociosa ē fides sine
operib⁹ bonis: ita nihil p̄ficiūt opa bona si-
ne fide recta. Uñ beatus iacobus ap̄tus di-

xit: Quid p̄derit fratres mei si fidē se dicat **Jacobi. 2.**
quis h̄re: opa autē nō habeat? Nūquid pote-
rit fides saluare eū? Fides sine operib⁹ ocio-
sa est. Sicut em̄ corpus sine spū emortuū ē:
ita et fides sine operib⁹ mortua ē. Fidē ante
omnia fratres mei rectā et imaculatā habere
cōtendite: et s̄m apostolicę institutiōis nor-
mā: symbolū a sanctis patribus constitutū
memoriter tenete: et religiose viuētes obser-
uare studete: hereticorū dogmata pestifera
fugite: maleficorum et incantatorū venena
mortifera horrescite: diuinorū et sortilegorū
nefandas traditiōes que cū demōnib⁹ socie-
tatem habent penit⁹ respicite: vt nihil aliud
q̄ qd̄ catholica fides laudat: amat: p̄dicat
in mente siue in p̄fessione seu morib⁹ tenea-
tis. Post hanc ergo fidem: spem firmam ha-
bere discite: que animū nostrum ad inuisibi-
lia trahit: et intentionē nostram in cęlestia et
eterna inserit: et quodāmodo nexibus inso-
lubilibus ligat: que nō decipit: sed fideliter
obsequētes ad eternā beatitudinē pducit.
Nemo igit̄ quis ingenti peccatorū pondere
p̄mar: de bonitate diuinę pietatis desperare
debet: sed spe certę misericordię illi⁹ indul-
getiā sibi q̄tidianis deprecari lacrymis: quā
recte sperare possunt si ab actiōe prauī op̄is
cessabunt. Ideo nō propter spem veniē: p̄se-
ueranter peccare debemus: neq; qz deus ius-
te peccata punit: veniam desperare debe-
mus: vt neq; cum fiducia peccem⁹: neq; rur-
sus peccata desperemus: sed vtroq; pericu-
lo euitato: et a malo declinem⁹: et de pietate
dei veniam speremus. Similiter et in omniū
tribulationū angustia: spe ad solacia sup̄ne
pietatis currendū est: quia in illo solo om-
nis spes et salus sine dubio consistit: dicente
p̄pheta: In deo salutare meū et gloria mea: **Ps. 61.**
deus auxiliij mei: et spes mea in deo est. Luz
enim fidem rectā et spem firmam vobis fra-
tres psuademus habere: hoc maxime horra-
mur vt charitatem in vobis habere et opere
ostendere per omnia satagatis. Per ipsam
enim et cum ipsa beatitudinē veram habitu-
ros vos cōsciatis: quia sine hac nemo vide-
bit deum. Hęc autē ideo maior fide et spe ab **1. Cor. 13.**
ap̄to esse narrat: qz ceteris recedētib⁹ ipsa so-
la p̄manebit. Fidei em̄ succedit spes: et spei
beatitudo: charitati autē nō trāsmutatio sed
sola restat p̄fectio. Hęc omniū ars ē virtutū:
hęc p̄missio regni: hęc p̄missū sūmū est sc̄orū
in cęlo: quia in penni gaudio nihil gratius:

nihil dulcius habent sancti perfecto amore dei. Quæ quia presentem vident: suauis diligunt: et dulcius fruunt ipso bono. Oportet vos scire fratres: quia in omnibus preceptis dei charitas obtinet principatû: sine cuius perfectione nihil deo placere posse: paulus apostolus testatur: quia nec martyriû: nec seculi contempit: nec elemosynarû largitiones sine charitatis officio quicquam proficere posse ostendit. Unde et ipse dominus a quodam scriba interrogatus: quod esset mandatû maximû: respondit: Diliges dominû deû tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: et ex tota mente tua. Addidit quoque: Secundû sile est huic: Diliges primû tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet et propheta. Quod deo ait: Ex toto corde: et tota anima: et tota mente: id est toto intellectu: tota voluntate: et ex omni memoria deum esse diligendû. Dei deo dilectio in obseruatione mandatorû eius tota consistit: sicut alibi ait: Si quis diligit me: sermones meos seruat. Et ipsa veritas alibi ait: In hoc cognoscet omnes quia mei estis discipuli: si dilectionem habueritis ad inuicem. Item apostolus: Pleinitudo legis est dilectio. Item iohannes euangelista: Hoc inquit mandatû habemus a deo: ut qui diligit deû: diligat et primû. Si forte quislibet querat: quis sit primus: sciat omnem christianû recte proximû dici: quia omnes in baptismo filij dei sanctificamur ut fratres simus spiritualiter in charitate perfecta. Hobilior est generatio spiritalis quam carnalis: de qua in euangelio ipsa veritas ait: Nihil quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto: non potest introire in regnum dei. Qui autem taliter intelligens primû diligit: sine dubio charitatem veram in semetipso tenebit. Hec igitur fratres diligenter considerate: ut cum fide et dilectione vestra operemini semper salutem: habentes spem firmam: quia quicquid boni in presenti agitis: in futuro ab illo inestimabiliter remunerabimini: qui auctor et protector est nostræ salutis: iesus christus dominus noster: qui cum patre et spiritu sancto viuunt et regnant.

In eadem dominica de vacca: arietem vel capra trium annorum: turture quoque et columba: Sermo II

Udium fratres charissimi scripturam dicentem: Locutus est dominus ad Abram dicens: Sume mihi vacca

triennem et capram trimam: et arietem annorum trium: turturam quoque et columbam. Qui tollens vniuersa hec: diuisit ea per medium: et utrasque partes contra se alitrisecus posuit: Aues autem non diuisit. Descenderuntque volucres super cadauera: et abigebat eas Abram. Cumque sol occumberet: sopor irruit super Abram: et horror magnus et tenebrosus inuasit eum. Cum ergo occubisset sol: facta est caligo tenebrosa: et apparuit clibanus fumans: et lampas ignis transiens inter diuisiones illas. Quid ergo significant ista fræ: breuiter quantum dominus dederit: charitatis auribus vestre cupimus intimare. Beatus abraham: pater multarum gentium a domino dicitur est. Omnes enim gentes que in christum credunt et credituræ sunt: filij sunt abrahe: imitando fidem: non nascendo per carnem. Nam sicut iudei per infidelitatem degeneres facti ex filiis abrahe filij diaboli. et progenies viperarum sunt in euangelio appellati: ita e contrario omnes gentes dum in christum fideliter credunt: abrahe filij effici meruerunt. Vacca ergo triennis et aries annorum trium: et capra triennis: et turtur vel columba: figuram omnium gentium preulerunt. Dicta sunt autem trium annorum: quia omnes gentes in trinitate erant mysterium credituræ. Et quia tota ecclesia catholica non solum habet spirituales: sed habet etiam et carnales: quibus non nulli in trinitate se credere dicant: carnales tamen sunt: quia crimina et peccata vitare dissimulant. Quia ergo cum carnalibus sunt etiam spirituales: ideo turtur et columba sunt addite. In turture et columba: spirituales possunt significari: ut in illis tribus animalibus carnales intelligi. Ergo diligenter attendite: quia illa tria animalia diuisisse in duas partes dicitur abraham: et contra se inuicem posuisse. Aues scriptura inquit non diuisit. Quare hoc fræ? Quia in ecclesia catholica carnales diuiduntur: spirituales oino non diuiduntur: Et sicut dicit scriptura: contra se inuicem preparent. Quare carnales et diuisi et contra se positi sunt? Quia omnes luxuriosi et amatores mundi: contra se inuicem diuisi et scandala habere non desinunt. Isti ergo diuiduntur: quia sibi inuicem aduersant: aues autem: id est spirituales non diuiduntur. Quare spirituales non diuiduntur? Quia est illis cor vnum: et anima vna in deo: Est in illis vnum velle ac nolle: Illis enim quas supra diximus: similes sunt turturi scilicet vel columbe. In turture castitas: in columba simplicitas designatur. Omnes

1. Cor. 13.

Matth. 22.

Job. 14.

Job. 13.

Ro. 13.

1. Job. 4.

Job. 3.

Gen. 17.

Job. 8.

Matth. 3.

B

L

Gen. 15.

Gen. 4.

Ser. LIII.

A

Gen. 15.

Sancti Augustini de tempore

enim in ecclesia catholica deum timentes:
 et casti simplicesque esse signantur: et cum psal-
 mista dicere possunt. Quis dabit mihi pen-
 nas sicut columbe: et volabo et requiescam? Et
 iterum: Turtur inuenit sibi nidum ubi re-
 ponat pullos suos. Et quando carnales qui
 diuidi possunt: grauius vitiorum compe-
 dibus premuntur in mundo: spirituales diuer-
 sarum virtutum pennas eleuant in altum: et
 duabus velut alis: duobus scilicet preceptis:
 diligendo deum et proximum: erigunt in celum:
 et cum apostolo dicere possunt: Nostra autem
 conuersatio in celis est. Et quoties sacerdos
 dixerit: Sursum corda: securi et fideliter dicunt
 se habere ad deum: quod valde pauci et rari
 in ecclesia fiducialiter et cum veritate dicere
 possunt. Ideo ergo aues abraham non di-
 uisit: quia spirituales quibus sicut dixi est cor
 vnum et anima vna: diuidi et a dei vel a proxi-
 mi amore separari non possunt: sed cum apo-
 stolo clamant: Quis nos separabit a chari-
 tate christi? Tribulatio: an angustia: an per-
 secutio? Et cetera que sequuntur: usque ad id quod
 dictum est: Neque creatura alia poterit nos se-
 parare a charitate dei: que est in christo iesu
 domino nostro. Spirituales ergo: nec tor-
 mentis separantur a christo: carnales vero
 interdum etiam ociosis fabulis separantur.
 Illos non separat nec crudelis gladius: istos
 vero separat carnalis affectus. Spirituales nec
 dura frangunt: carnales etiam blanda cor-
 rumpunt. Diuisit ergo abraham illa anima
 in duas partes: aues autem non diuisit.
 Cum autem occubisset sol: sopor inquit ir-
 ruit super abraham: et horror magnus et te-
 nebrosus nimis: et apparuit libanus ardens
 et fumans: et lampas ignis transiens inter
 diuisiones illas. Videte fratres quid ignis
 iste inter diuisiones illas transiens dicit: Tur-
 turem quoque et columbam terigisse non legi-
 tur. Despera illa: finem mundi significauit:
 Animalia illa: sicut iam diximus: typum om-
 niu gentium in christo credentiu protulerunt.
 Que tamen gentes: sicut iam dictum est: que
 in se non solum carnales: sed etiam spirita-
 les: id est non solum bonos: sed etiam ma-
 los habent: ideo animalia illa diuisa sunt: et
 ignis transiit per ea: sicut illud quod dicit apo-
 stolus: Dies enim domini declarabit: quia in
 igne reuelabitur. Libanus ille ardens et fu-
 mans et lampas ignis: diem iudicii figurauit.
 Et ideo super beatum abraham timor et hor-

ror tenebrosus incubuit. Unde intelligimus
 quod si in die iudicii iustus vix saluabitur: pecca-
 tor et impius ubi parebit? Libanus ergo
 ardens et fumans significauit diem iudicii:
 Diem inquam iudicii in quo erit sicut et stri-
 dor dentium: in quo erit ululatus et lamen-
 tatio et tarda penitentia: quando mouebunt
 fundamenta montium: et ardebit terra usque ad
 inferos deorsum: quando sicut dicit beatus
 petrus: Celi ardentes soluentur: elementa ignis
 ardore tabescent: quando sicut dominus ipse
 in euangelio dicit: etiam virtutes celorum con-
 mouebuntur: quando sol obscurabitur: quando
 et luna non dabit lumen suum: et stelle cadent
 de celo: Ubi se tunc impij videbunt? Ubi
 adulteri: ubi ebriosi: ubi maledici se recog-
 scent? Ubi amatores luxurie: ubi raptores:
 ubi superbi et inuidi apparebunt? Quid in se-
 culis per sua defensione dicturi sunt: quos to-
 tiens admonitos: et tamen imparatos dies
 ille repererit? Cum ad illam archangeli tu-
 bam omni buccina clariorum: totus simul
 cesserit mugire mundus: cum sicut dicit pro-
 pheta: venerit dominus ponere orbem ter-
 re desertum: et peccatores perdere ex eo: quon-
 do sicut dicit scriptura: peccatores et impij
 mittentur in stagnum ignis: et fumus tormen-
 torum illorum ascendet in secula seculorum: Qui
 tunc tremor: que caligo: que tenebre crimi-
 nosos quosque negligentes ac tepidos occupa-
 bunt? Ne ergo et nos in istum veniamus cruci-
 atum anime: expugnamur dum corrigendi tem-
 pus est: et voluntate domini nostri tanquam bo-
 ni serui et vtilis requiramus: ut cum dies ille
 iudicii que libanus ille ardens et fumans si-
 gnificauit: tremendus et nimis etiam bonis ex-
 pauescendus aduenerit: non cum mortalibus
 quos illa animalia figurabant: qui per diuer-
 sas voluptatum contentiones diuidi possunt:
 sicut in vltimis cruciemur in inferno: sed
 simplicitate columbe et castitate turturis pre-
 ferentes: spiritualibus virtutum pennis eleuemur
 in celum: sicut illud quod ait apostolus: Simul inque
 rapiemur in nubibus obuiam christo in aera: et
 sic semper cum domino erimus: prestante domino nostro
 iesu christo: cui est honor et gloria cum patre et
 spiritu sancto in secula seculorum: Amen.

Item in eadem dominica Dome-
 lia de eo quod scriptum est in euange-
 lio secundum Mattheum: Et ecce duo ceci-
 sedentes etc. que habet inter sermo

1. Petri. 4.

Matth. 8.

2. Petri. 3.

Matth. 14.

1. Thessal. 4.

2. Petri. 14.

1. Thessal. 4.

Ser. LV FERIA. III. In capite ieiunii Ser. I

nes de Verbis dñi. xviii.

Feria quarta In capite Ieiunii:

Sermo

A Lce fratres charissimi: deo ppitio

e tempus quadragesime venit: et ideo rogo dilectissimi: vt dies istos corporibus salubres et anime medicinales ita cum dei adiutorio sancte ac spiritaliter celebremus: vt obseruatio sancte quadragesime non nobis iudicium pariat sed pfectum. Si enim negligenter agimus: si nos minus occupationibus implicamus: si castitate seruare nolumus: si ieiunijs et vigilijs et orationibus non insistimus: si scripturas diuinas aut ipsi non legimus: aut legentes alios non libenter audimus: ipsa nobis medicamenta conuertunt in vulnera: et inde habebimus iudicium: vnde potuimus habere remediũ.

Et ideo rogo vos fratres charissimi ad vigilias maturius surgite: ad tertiam: ad sextam: ad nonam: ante omnia conuenite. Nullus se a sancto opere subtrahat: nisi quem infirmitas: aut publica vtilitas: aut forte certa et

B grandis necessitas tenuerit occupatũ. Nec solum vobis sufficiat quod in ecclesia diuinas lectiones auditis: sed etiã in domibus vestris aut ipsi legite: aut alios legentes requirite: et libenter audite. Recolite fratres sententiã domini nostri qua dicit: Si totum mundum lucretur homo: anime autẽ sue detrimentũ patiatur: quã dabit comutationẽ pro anima sua? Et illud ante omnia memorerit retinere: et iugiter expauescite quod scriptum est: Impedimenta mudi fecerunt eos miseros. Sic ergo te occupabis i domo tua: vt non negligas animã tuam. Ad extremũ si amplius non: vlt tantũ labora pro anima tua: quãtũ pro carne tua laborare te consideras.

1. Job. 2. Et id fratres charissimi nolite diligere mundum: neque ea que in eo sunt: quia mundus transit et concupiscentia eius. Quid autẽ permanet in homine: nisi quod quisque aut legendo aut orando aut bona opera faciendo pro anime salute in thesauro conscientie sue recondiderit? Infelix enim voluptas: infelicio cupiditas atque luxuria: pro transitoriam dulcedinẽ pparant sempiternã amaritudinem. Abstinencia vero: vigilię: orationes atque ieiuniũ: per breuissimas angustias pducunt ad paradisi delicias: quia non mentitur veritas: que in euangelio dicit: Arta et angusta via est que

ducit ad vitam: et pauci sunt qui inueniunt eam. Nec per latam viam diu gaudet: nec per angustã et asperam longo tempore laborat: quia et isti post breuem tristitiam accipiunt vitam eternam: et illi post paruũ gaudiũ patiunt sine fine supplicium. Et ideo fratres charissimi in istis quadraginta diebus quasi totius anni: cibaria anime nostre ieiunando: legendo: vel orando prouidere debemus. Nam licet per totum annum deo ppitio lectiones diuinas frequẽter et fideliter audiat: in istis tamen diebus de pelago et fluctibus mundi huius quasi ad portum quadragesime confugientes: debemus requiescere: et lectiones diuinas in exceptorio cordis nostri cum silentio et pace suscipere: vt deo ppitio pro amore vite eterne vacantes: quicquid in nauicula anime nostre pro totũ annũ multis tempestatibus: id est peccatorũ fluctibus: aut fractum: aut dissolutũ aliquid: aut corruptũ: aut perditũ est: omni sollicitudine in istis diebus reparare studeamus atque componere. Et quia nos necesse est dũ adhuc in isto corpusculo sumus: pcellas et turbine seculi isti sustinere: quotienscũque nos aut pro tempestates durissimas auertere: aut pro voluptates mollissimas decipere voluerit inimic: semp nos adiuuante deo: contra se inueniat pparatos. Unde iterũ rogo vt occupationes seculi huius in istis diebus sancte quadragesime si non potestis abscidere: studeat vel ex parte aliqua temperare: vt psciso damno et gloriosissimo fructu h seculũ fugientes: subtrahatis aliquas horas occupationi terrene: in quibus deo vacare possitis. Nam iste mundus aut ridet nos: aut rideat a nobis: aut acq̃rescamus et despiciamur: aut contemnimus vt eterna p̃mia consequamur. Ac sic aut contemnis et despicias mudi: aut acquiescis et p̃meris vel calcaris a mudo. Sed melius est vt calces mudi: et calcato eo gradũ tibi facias pro que in sublime conscendas. Hec enim fratres charissimi que pro salute comuni de vestra obediẽtia psumentes suggerimus: si fm vestra consuetudinẽ et libenter auditis et fideliter implere contenditis: et pascha cum gaudio celebrabitis: et ad vitam eternã feliciter venietis. Quod ipse prestare dignetur: qui cum patre et spũsancto viuunt et regnant i secula seculorũ: Amen.

Eodem die: Sermo

II

Ser. LVI FERIA. III. In capite ieiunii Ser. II

Ser. LVI.

A Dominus et saluator noster qualiter ad eum post multas negligentias venire debeamus fratres charissimi: prophetam nos hortatur et admonet dicens: **Ps. 94.** Venite adoremus et procidamus ante dominum et ploremus coram domino qui fecit nos. **Et iterum: Jobel. 2.** Convertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio et fletu et planctu. Dies enim sancte quadragesime fratres charissimi si diligenter attendimus: vitam seculi presentis significant: sicut et dies pasche eternam beatitudinem figurant. Et quomodo in quadragesima quasi tristitiam habemus: ut in pascha ordine legitimo gaudeamus: sic et in hoc seculo quod vivimus penitentiam agere debemus: ut in futuro possimus peccatorum indulgentiam accipere: et ad eterna gaudia pervenire. Sed ita debet unusquisque pro suis criminibus suspirare: lachrymas fundere: elemosynas dare: ut deo auxiliante quod vivit semper crimina ipsa conetur effugere. Sicut enim sine minutis peccatis nullus unquam aut fuit aut esse poterit: ita sine capitalibus criminibus dominante et auxiliante deo omnimodis esse possumus et debemus. **B** Et ut hoc obtinere possimus: si nos alio tempore impedimenta mundi detinent obligatos: vel in diebus sancte quadragesime: in domini lege sicut scriptum est: die noctuque meditemur: et ita cor nostrum divine legis dulcedine repleamus: ut in nobis nullum locum virtutibus vacuum: quem obtinere possint vitia relinquamus. Sicut enim tempore messium vel vindemiarum: unde caro nostra possit sustentari colligitur: ita in diebus quadragesime quasi in spiritali vindemiarum vel messium tempore: unde anima nostra in eternum possit vivere congregetur. Quia sicut negligens quisque si oportuno tempore nihil collegerit: pro totum anni spacium fame torquetur: ita qui hoc tempore spirituale triticum et celeste mustum ieiunando: legendo: orando in horreis anime sue providere et congregare neglexerit: in eternum durissimam sitim: et crudelem inopiam sustinebit. Certissime scitote fratres charissimi: quia qualis est caro que post multos dies percipit cibum: talis est anima que assidue non pascitur verbo dei. Et quomodo caro per famem et inopiam tenuis et sicca velut quoddam simulacrum efficitur: ita et anima si verbi dei cibo non pascitur: arida et inutilis et ad nullum opus bonum congrua invenitur. Considerate fratres: et si horrea et

cellaria nostra annis singulis replemus unum vno anno cibum habeat caro nostra: putas quantum debemus recondere unde in eternum sustentetur anima nostra? Et ideo fratres vel istis paucis diebus recedant impedimenta mundi: quia secundum quod scriptum est: multos negligentes miseros faciunt: Recedat carnalis leticia: recedant venenis plena mundi huius blandimenta. Carnis gaudium minuarur: ut anime lucra spiritualia apparent: propter illud quod scriptum est: Elevobis qui ridetis nunc: quia lugebitis et flebitis. **Et illud: Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.** Tempus quod nobis furiosus tabule ludus solebat auferre: lectio divina incipiat occupare. Sciosis fabulis: et mordacibus iocis et detractionibus venenatis: colloquia de scripturis sancta succedant. Horarum spacium in quibus solebamus sine ullo lucro anime detineri: visitent infirmi: requirant in carcere constituti: peregrini suscipiant: et discordes ad concordiam revocent. Hec si facimus fratres: inde nobis parare possumus medicamenta: unde nobis vulnera feceramus. Ante omnia in diebus ieiuniorum quod solebamus prandere: pauperibus erogemus: ne forte aliquis sibi sumptuosas cenas: et ex quibus saporibus epulas studeat preparare: et corpori suo magis commutasse quam subtraxisse ciborum abundantiam videatur. Nihil potest tota die longum duxisse ieiunium: si postea ciborum suavitate vel nimietate anima obruatur. Illico mens repleta torpescit: et irrigata corporis nostri terra: spinas libidinum germinabit. Sit ergo temperatus cibus: et nunquam nimium venter repletur. Et plus semper de cibo cordis quam de cibo corporis cogitemus: quia intus in homine interiore facti sumus ad imaginem dei: in carne autem de limbo terre sumus formati. Et videte fratres si iustum est ut caro nostra de terra facta interdum bis in die capiat cibum: et anima in qua imago dei est vix post plures dies accipiat dei verbum: cum tamen expediat nobis: ut amplius dei imaginem in nobis quam nostram carnem honorare debeamus. Qui enim de sola carne cogitant: bestias et pecoribus similes sunt: et quod ita agunt: iam in se dei imaginem contriverunt. Caro ergo velut ancilla gubernetur: et anima tanquam domina legitima reficiatur. Nam si aliter factum fuerit: si non agnoscimus nos ad imaginem dei factos: et propter quod carne quam de anima cogitamus: timeo

Luc. 6.

Matth. 5.

D

Sermo LVII Feria. v. post do. in. L. Ser. I

Ps. 48. ne nos spiritus sanctus per prophetam arguat dicens: Et homo cum in honore esset non intellexit: comparat e tumentis insipientibus:

